



Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph


[S.I.], Anno MDCLXXXII.

2. Maij. 6. Nonas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

338 ANNI CISTERCIENS.

S. BERNARDUS, ser. 55. in Cant.

Judiciū **Ego justicias judicabo.** [ps. 74.]
Dei se- **Vias justorum** (*ni fallor*) & alii
verum. **eorum discussurum,** & examinatu-
rum dicit. Verendum valde, cum
ad hoc ventum fuerit; ne sub tam
subtili examine, multæ nostræ justi-
tiæ (*ut putantur*) peccata apparent.


2. Maij, 6. Nonas.

Obiit
anno
1616.

B. C A N D I D E: qui candidam inno-
centiæ vestem sинe macula ad de-
crepitos usque annos conservâsti. Et
quanquam inter hæreticos Hybernos
educatus fueris, adeò tamen à levitate
morum & perverso dogmate abhorre-
bas, ut anno ætatis decimo sexto ex
Insula fugiens, solus sинe duce Roman
petieris. In quo itinere mira felicitate
usus es in vitandis viarum erroribus:
bivium enim offendens, post pronun-
ciata illa verba: **Vias tuas, Domine, de-**
monstra mihi, & **semitas tuas edoce me:**
clausis oculis progressus es, ac per cal-
lem, in quo perrexeras, semper ad de-
sideratum locum ferebaris. Romæ in
amicum conterraneum incidisti: à quo
ductus

ductus in Hispaniam, ut internum vi-
tae candorem ejusdem coloris veste au-
geres, in monasterio Nucalensi Cister-
ciensem habitum induisti. Ubi cum
in te, jam ad sacros Ordines promoto, *Apostolus*
Superiores spiritum verè Apostolicum *lico spir-*
cerent; in patriam te remisere. In *ritus in*
qua ut securius veritatis catholicæ se. Hyber-
mina spargeres; dissimulato in publi- *niam*
cis congressibus monacho, sub medici *redit.*
persona aditum tibi ad summos infi-
mósque fecisti. Et licet arti medicæ *medicū*
nunquam studueris, feliciter tamen *agit,* &
morbos gravissimos perlanásti: divinâ *multos*
utique virtute exilibus herbis, à te por- *cōverit*
rigi solitis, infusâ; dum & oculis capti
visum, & mortui vitam simplici illo
remedio recuperabant. In his sanctis
laboribus, collecto ingenti animarum
lucro, vitam horâ pridem præcognitâ
clausisti, summo catholicæ plebis do-
lore. *Tota vita hujus peregrinatio bivys* *Bivium*
intricatur, quæ concupiscentia blanditijs, *salutis.*
Deus æterni gaudij promissis consternit. Tu
averse oculos meos, ne videant vanitatem,
clausisque mundo oculis currat semitas
mandatorum Dei.

B. M A F A L D A, Castellæ Regina:
quæ regio thoro immaculatum Chri-
sti thalamum prudentissimè antepo-
nens, in Parthenone Arouensi desti-

Obijs
anno
1252.

340 ANNI CISTERCIENS.

natum coronis verticem, humili Velo
Cisterciensi obnubilasti. Et ne des-
sent congruē huic diademati virtutum

Gemæ virtus. gemmæ, illas vel sanguine tuo ruben-
tes flagellis; vel cœruleas assidua cœli-
contemplatione; vel in adamantis na-
turam duras, vietūs austerritate com-
posuisti. Neque magnetica vis amoris
divini desiderabatur; qua multos avit-
gineo Sponso favores & prodigia, ac
denique ipsum ad te cœlum attraxisti.
Corpus à 400. annis integrum manet. Immortalis tuæ coronæ etiam corpus
est particeps; quod ab annis inde 400,
integrum & incorruptum asservatur.
Cedant nunc merita tua in ornamenti
deformatæ animæ meæ. Amabit sic pul-
chram cœlestis sponsus, nec excludet à nu-
ptijs æterne vitæ.

S. BERNARDUS, ser. 52. in Cant.

Magna Dei dignatio erga hominem. Non me capio præ latitia: quod illa
majestas tam familiariter, dulcissimæ con-
sortio, nostræ infirmitati se inclinare
minime deditur: & superna
Deitas, animæ exulantis inire con-
nubia, eis sponsi, ardenter amore
capti, exhibere affectum non despi-
cit.

—(20)—

3. Mai